40

Olszewski Grabinskiemu Statuet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitaneal. Premisl. generosus Gaspar Olszewski venator terrae Chelmensis olim generosi Pauli Olszewski judicis terrae Lomzensis filius sanus mente et corpore existens a terris districtibus jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedens huic autem jurisdictioni officii castrensis Premisl. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis universis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere ac per expresse recognovit. Quia ipse generoso Georgio Grabinski et ipsius posteris successoribus ne habitis et habendis successoribus inter duos bonis suis universis omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat generosam Mariannam de Grabin[?] consortem suam sororem germanam cum assistentia sui vel in eventu mortis successores eorundem praefati Grabinski germanam cum assistentia sui vel in eventu mortis successores ipsius ad faciendum et recognoscendum per eam in rem et manus praedicti generosi Grabinski et generosi Adami Grabinski itidem fratris consortis suae germani sufficientem de bonis omnibus paternis et maternis cum ratione dotis et expeditionis dotalitio quocunque modo et iure ratione successionis paternae aut maternae concernentibus abrenuntiationem et de inscriptionibus super praedictam dotem suam per eosdem generosos Grabinskie suos olim generosos Joannem Grabinski et Zophiam de Chwostno coniuges parentes eorum et praefatae consorti suae aut alterutrum eorum coram actis quibuscunque Regni authenticis recognitis sive nata sive praetendentibus quietationem sufficientem ad acta quaevis authentica Regni ante decursum dimidii anni adducere et personaliter statuere ubicunque vel alibi ut praemissa exequantur efficere. Atque sub vadio decem millium florenorum pecuniarum pollicitorum per praefatum recognoscentem generosum generosum Gasparem Olszewski ac eius successores praedicto generoso Georgio Grabinski et illius posteris ob non statutionem praenominatae consortis suae vel successorum eius ad exequenda praemissa toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio praemisso ad solvendum succumbendo ac per se aliqua puncta ex praemissis non completa complendumque praemissis citatus existens memoratus recognoscens generosus Gaspar Olszewski vel ipsius successores ad instantiam memorati generosi Georgii Grabinski vel eius posterorum ex tunc recessu supprescio quoad vadium spectat mediante semper in primo citationibus termino tanquam perempto stare iuri parere videre vadium praetactum liere inscriptione huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur se ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense.

et alios

411

et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate saeculum legione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad maniendum de aliis quibuscunque exceptionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praecedentem termini officii praefati castrensis Premisliensis exceptionem sibi non recipiendo nullasque praesentes appellationes ac causae prosecutionem faciendo ac praemissa cum praecedentibus simplicibus vel dilatoriis evasionibus suspensione fatalibus non proponendo terrae bello convocatione et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa cum mediante.

Idem Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premisl. generosus Gaspar Olszewski venator terrae Chelmensis olim generosi Pauli Olszewski judicis terrae Lomzensis filius sanus mente et corpore existens a terris districtibus jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis castrensis Premisl. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis universis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expresse recognovit. Quia ipse generosam Mariannam filiam olim generosi Joannis Grabinski cum generosa Zophia de Chwostynia procreatam consortem suam legitimam ac ipsius posteris summam decem millium florenorum pecuniarum polonicalium communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando ratione dotis pridem acceptae et importatae in domum suam necnon aliam similem summam decem millium florenorum polonicalium ratione veri et iusti dotalitii etc. super tota et integra medietate omnium quorumvis bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque pecuniarum quarumvis necnon auri argenti clenodiorum iumentorum vestium vestimentorum pecorum pecudum equitum aeris stanni cupri orichalci ac totius suppellectilis domesticae cuiuscunque nominis et formae existentis nunc habitis et inposterum habendis dat donat dotalitat inscribit et reformat. Per eandemque generosam consortem suam et ipsius posteros medietatem bonorum suorum reformationi subiectorum cum omni praeeminentia iure dominio et proprietate cum omnibus et singulis ipsorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis universis nihil ex praemissis sibi ipse suisque posteris aut alicui excipiendo reservando et ex ipsius tenendo habendo possidendo illaque pacifice

l